

justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Dat. die 10. Januarii anno Domini 1144. Pontif. anno 1. leg. quarto (a).

Datum Laterani per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Card. ac Bibliothecarii, IV. Idus Januarii. Indictione VII. Incarnationis Dominicae MCXLI. Pontificatus vero Domni Coelestini Papae II. anno I.

I V.

Confirmatio Ecclesiae S. Mariae in Undersdorf, bonorumque omnium ad eandem pertinentium.

Ex Metropoli Saur. Hun. dii Tom. II.

Coelestinus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Richardo Praeposito Ecclesiae sanctae Mariae de Undersdorf, ejusque fratribus, tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Desiderium, quod ad Religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum imperiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis petitionibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam, quae a nobili viro Otone Comite Palatino in proprio Allodio fundata est, & sub censu unius bifantii, nobis nostrisque successoribus annualiter persolvendi, communimus: Imprimis siquidem statuimus, ut Ordine Canonico secundum beati Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur; Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum, iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Christina vero, Oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros Ordines sunt promovendi, a Dioecesano suscipiatis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Sedis Apostolicae habuerit, & ea gratis absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quemcumque malueritis, adire Antifitem. Sepultura quoque libertatem praefatae Ecclesiae apostolica auctoritate donamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexa-

Ecclesiam Apostolico privilegio muniri. Sub censu unius bifantii.

Bona omnia ei confirmari.

Eamque Ordinari jurisdictioni subiectam.

Solita clausula.

(a) Loco anni 1143. legendum 44. dixi, prout etiam in sequentibus duobus, Ecclesiae S. Mariae Undersdorf, & altero Fesulanae Ecclesiae concessis Privilegiis. Mense enim Januarii fecit ad totum Septembrem anni 1143. Innocentius II. in Petri Cathedra adhuc sedebat. Quo fit, ut Diploma, Ferrariensi Ecclesiae datum II. Nonas Maii anno MCXLI. Cl. V. Julio Fontanno relatum ex Archiv. Vatic. Tom. II. Rerum Comacensium pag. 337. consulto omittamus. Quae vero fides huius monumento scripto post mortem Coelestini II. PP. data sit, ipsi viderint, ad quos examen illius controversiae pertinet.

tionibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

EGO COELESTINUS Catholicae Ecclesiae Episcopus ss.

Datum Lat. per manum Gerardi Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Card. & Bibliothecarii, XII. Kal. Martii, Indict. VII. Incarnat. Dom. an. MCXLIV. Pontificatus vero Domni Coelestini II. Papae anno I.

Coelestini PP. subscriptio.

Dat. die 18. Februarii anno Domini 1144. Pontif. anno I.

V.

Privilegium confirmationis bonorum, ad S. Fesulanam Ecclesiam pertinentium, & jurium omnium, ejusdem Episcopo spectantium.

Coelestinus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Jonathae Fesulano Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Edicti Ughellus Ital. Sac. Tom. III. ubi de Epp. Fesulanis.

Exordium.

EX commisso nobis a Deo Apostolatus officio, fratribus nostris tam vicinis quam longè positis paterna nos convenit provisione consulere; & Ecclesiam, quae Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut quemadmodum, disponente Domino, Patres vocantur in nomine, ita nihilominus comprobemus in opere. Hujus rei gratia, dilecte in Domino frater, preces tuas rationabiles clementer admittimus, & Fesulanam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub beati Petri & nostrae protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona impresentiarum iuste & canonicè possides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & per vos Fesulanam Ecclesiam, & illibata permaneant; In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Monasterium sancti Bartholomaei, quod Fesulis situm est, Monasterium sancti Martini in Majano, Monasterium sancti Gaudentii in Pede Albis, plebem sancti Petri de Romena, plebem beati Petri de Cascina, plebem sancti Joannis de Caprilia, plebem sancti Leonini in Collina. Ceteras vero tam plebes quam Ecclesias, quae Fesulanam Ecclesiam iuste noscuntur, castella quoque, villas, ac alias possessiones, sicut in privilegio praedecessoris nostri bonae memoriae Innocentii Papae nominatim vobis confirmata sunt; ordinationes etiam praedictorum Monasteriorum & ba-

Ecclesiam Fesulanam sub protectione Sedis Apostol. recipit.

Eique bona omnia confirmari.

Illorum partem enumerat.

VI.

Enumeratio, & confirmatio jurium, privilegiorum, ac bonorum Ferrariensis Ecclesiae, cui undecim massas minores de jure Sedis Apostolicae donat Coelestinus PP.

Coelestinus Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili fratri Gryphoni Ferrariensi Episcopo, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex vv. Codd. Vaticanis editi v. Cl. Jus. Fontaninus.

Exordium.

AD hoc in Apostolicae Sedis Cathedra, disponente Domino, constituti esse conspiciamus, ut Ecclesiarum omnium curam gerere, jus suum cuique tribuere, praesertim iis, qui beati Petri juris existunt, conservare & integre debeamus. Ad exemplar itaque praedecessoris nostri bonae memoriae Papae Innocentii, juxta tenorem privilegiorum, Ferrariensium Episcopum a Cardinalibus nostris eligendum, & a Romanae Sedis Antistite consecrandum decrevimus: atque Ferrariensem Ecclesiam sub jure & dominio Sedis Apostolicae hoc decreto manere sancimus. Te igitur, Clero, & populo Ferrariensi in fidelitate beati Petri persistentibus, ad instar praedecessorum nostrorum felicis memoriae Vitaliani, Hadriani, Leonis, Benedicti, Joannis, Alexandri, Paschalis, & Innocentii, Romanorum Pontificum, sanctae Ferrariensis Ecclesiae, tamquam Apostolicae Sedis filii fundos ejusdem Matris, & patrimonia confirmamus: ipsam videlicet Massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui alias undecim massas nostras minores cum omni obedientia atque servitute subrogamus: id est massam & ripam Palatiolum cum duodecim fundis suis, & Constanciae cum duodecim fundis suis, simulque massam Quartifianam cum duodecim fundis suis, & totam & integram massam Donoro cum duodecim fundis suis, nec non massam Curulum, & massam Saletam cum viginti quatuor fundis suis, & massam Seneticam & Castilionem similiter cum fundis suis: similique modo massam, quae vocatur Fermignana cum omnibus fundis suis. Has quidem praedictas massas cum omnibus, ad earum jura pertinentibus, de dominio & jure atque potestate hujus Sanctae Romanae Ecclesiae, in sanctam Ferrariensem Ecclesiam per hanc donationis & traditionis paginam donamus & tradimus, ut ab hac hora in antea liceat tam tibi, carissime frater Grypho Episcopo, quam successoribus tuis, in singulis massis Ecclesias cum Clericis, Presbyteris, Diaconibus ordinare, & consecrare: illud omnimodo sancientes, ut Ferrariensis Ecclesia cum tota Parochia sua in jure & dominio ac privilegio nostrae Sanctae Romanae Ecclesiae beati Petri, cujus est patrimonium, perpetuo conservetur, & sit semper sub nostra electione ordinatione atque consecratione: ut quicumque per nos illic electus, ordinatus, & consecratus fuerit, ille honoris hujus ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrariensis fines & termini sunt: ab Oriente ab una parte fluminis Padi, altera nostra massa Phiscalia & Veteraria: a Veteraria, usque ad fossam Bosonis transeunt flumen Sandali, usque

Ferrariensis Episcopus a Card. S. R. E. eligendus, & summo Pontifice consecrandus.

Illi Ecclesiae antiqua jura confirmans.

Novae donatae.

Eamque sub perpetuo jure Sedis Apostolicae, fuisse, & fore declarat.

Comitatus Ferrariensis. fines praefatis.

Decimarum, oblationum, & testamentorum partem juxta Canonum statuta ei largitur.

Bona ad hanc Ecclesiam pertinentia, diripi, minui, vel retineri prohibet.

Sub tiro anathemate.

Coelestini PP.

& S. R. E. Card. sub. scriptio.

& baptismalium Ecclesiarum, quae Fesulanae Ecclesiae subditae sunt, absque vestro assensu sibi usurpare praesumat: In Cappellis autem vestrarum plebium liberam ordinationem, & debitam obedientiam absque alicujus contradictione plebani habeant, sicut per privilegium felicis memoriae Paschalis Papae eis concessum est: salva proprii Episcopi debita reverentia. Partem vero decimarum, oblationum, testamentorum, & ceterorum reddituum ecclesiasticorum, per vestrum Episcopatum secundum statuta Canonum vobis confirmamus; & ut nulla Ecclesia in eodem Episcopatu construatur, & constructa absque vestra licentia cuilibet subjiciatur, interdicimus: salva tamen in omnibus Romanae Sedis justitia & auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, tibi & fratribus tuis, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non reatum suum congruè satisfaciendo correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. EGO COELESTINUS Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

- Ego Conradus Sabiniensis Episcopus subscripsi.
- Ego Albericus Ostiensis Episcopus subscripsi.
- Ego Stephanus Praenestinus Episcopus subscripsi.
- Ego Imarus Tusculanus Episcopus subscripsi.
- Ego Petrus Albanensis Episcopus subscripsi.
- Ego Raynerius Presbyter Cardinalis Tit. S. Priscae subscripsi.
- Ego Guido Presbyter Cardinalis Tit. sanctae Ceciliae subscripsi.
- Ego Thomas Presbyter Cardinalis Tit. Vestinae subscripsi.
- Ego Nicolaus Presbyter Cardinalis Tit. S. Cyriaci subscripsi.
- Ego Manfredus Presb. Cardinalis Tit. S. Sabinae subscripsi.
- Ego Guido Diaconus Cardinalis SS. Cosmae & Damiani subscripsi.
- Ego Gerardus Diaconus Cardinalis S. Mariae in Domnica subscripsi.
- Ego Joannes Diaconus Cardin. S. Mariae Novae subscripsi.

Dat. die 6. Martii anno Domini 1144. Pontif. anno 1. leg. 44.

Datum Laterani per manum Gerardi Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, II. Nonas Martii, Indictione VI. Incarnationis Dominicae anno MCXLIII. Pontificatus vero D. Coelestini Papae II. anno I.



Bucilletum, per Bucilletum transeunt flumen Gabiana per Luduriam circumdant villam Marazam, & Madrariam, pervenientes usque Maletum, a Maletu pergunt juxta Argilem Anxianum per paludes & piscarias usque Vitricam, & transeunt Vitricam veniunt usque fossam Buranam, & per fossam Buranam exeunt in Padum, & descendunt ad Occidentem usque ad Ulmum formosam, quæ certa finis est inter Romaniam, & Langobardiam: Ad altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab Oriente Callis de sine, quæ finis est inter nostrum Comitatum Ferrariensem, & alterum nostrum Comitatum Comaclensem, & extendunt se per paludes & piscarias usque ad fossatum de Silvule, circumdant massam Corneti, & Longanum, quæ de nostro Comitatu Ferraria est, descendunt inde ad Occidentem per paludes & piscarias usque in flumen Tartari, & per ipsum flumen Tartari pergunt usque in flumen Padi. Sane ab habitatoribus ipsi majoris Massæ Ferrariae malas & pravas consuetudines removemus; nisi tamen, sicut soliti sunt, ad suffragium nostræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ annuatim per illorum nuntium unaquæque libera persona capitis massarii de moneta Venetiæ denarios singulos dabit. Censum verò, & tributum, atque telonei de ripa & flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem, & meliorationem seu restaurationem jam dictæ majoris Massæ concedimus, & alteram medietatem ad nostras manus reservamus; etiam unam medietatem similiter telonei de mercato nobis conservamus, & alteram medietatem præfato Episcopo nostro condonamus; Placitum quidem generale similiter in dominio & potestate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenemus, ut ante nostrum Nuntium semel in anno faciendum justitiam ab omnibus per tres dies custodiantur. Collectam verò vel fodrum, aut pravam vel injustam functionem, aut dationem seu consuetudinem, nequaquam exigimus; sed omnia pro Dei timore, atque amore præfate sanctæ nostræ Ecclesiæ beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius majoris massæ peperimus, aliasque minores massas, & sicut supradictum est, cum omnibus servitutibus suis subjugamus. Præterea quascumque Ecclesias, & possessiones, quæcumque etiam bona, quæ impresentiarum justè & canonicè possides, aut in futurum rationabiliter, Deo propitio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & per vos Ferrariensis Ecclesiæ, illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Plebem sancti Georgii de ultra Padum, plebem sanctæ Mariæ de Pado, plebem sancti Georgii de Tamara, plebem sanctæ Mariæ de Gabiano, plebem sanctæ Mariæ de Vicoventia, plebem sancti Petri de Cupario, plebem sancti Stephani de Formignana, plebem sancti Apollinaris de Friscallo, plebem sancti Martini de Rupina, plebem sanctæ Mariæ de Vicobariono, plebem sanctæ Mariæ de Septem-policinio, plebem sancti Stephani de Caligo, plebem sancti Donati de Peduvio, plebem sancti Antonini de Picazolio, plebem sancti Georgii de Trecenta, plebem sanctæ Mariæ de Cinisello, plebem sancti Michaelis de Bregantio cum cappellis & earum pertinentiis, Ecclesiam sancti Romani de Tartaro; salvâ in omnibus Apostolicæ Sedis aucto-

Annus estis & supremi juris insignia Sedi Apost. reservant.

Cætera bona ejusdem Ecclesiæ propria enumerat, & confirmat.

ritate. Si qua sanè Ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptaverit, & aut Ferrariensem Ecclesiam his, quæ supradicta sunt diminuere, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ sua in eis jura, quæ superius significata sunt, auferre præsumpserit, poenæ & compositionis nomine reddat eidem sanctæ Sedi Apostolicæ auri optimi libras centum; & nisi quæ male præsumpta sunt, satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem eisdem Ecclesiis justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen. Amen. Amen.

- EGO CÆLESTINUS Catholicae Ecclesiæ Episcopus. Ego Guido Presbyter Cardinalis sancti Chrysgoni. Ego Rainerius Presbyter Cardinalis tituli sanctæ Priscæ. Ego Goizo Presb. Cardinalis tituli sanctæ Cæciliæ. Ego Thomas Presb. Cardinalis tituli sanctæ Vestinæ. Ego Ubaldo Presb. Cardinalis tituli sanctæ Praxedis. Ego Gilibertus Presb. Cardinalis tituli sancti Marci. Ego Nicolaus Presb. Cardinalis tituli sancti Cyriaci. Ego Manfredus Presb. Cardinalis tituli sanctæ Sabinae. Ego Conradus Sabinensis Episcopus. Ego Theodewicus sanctæ Rufinæ Episcopus. Ego Albertus Ostiensis Episcopus. Ego Imarus Tusculanus Episcopus. Ego Petrus Albanensis Episcopus. Ego Georgius Diaconus sanctorum Sergii & Bacchi. Ego Gerardus Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ in Domnica. Ego Joannes Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ Novæ. Ego Joannes Paparo Diaconus Card. S. Hadriani. Datum Laterani per manum Gherardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarii. II. nonas Maii. Indictione VII. Incarnationis Dominicæ anno MCXLIV. Pontificatus vero Domni Cælestini II. Papæ anno I.

Solita clausula.

Cælestini PP.


& S. R. Eccl. Card. sub- scriptiones.

Dat. die 6. Martii anno Domini 1144. Pontif. anno 1.

LUCIUS

LUCIUS SECUNDUS

PAPA CLXVI. ANNO ÆRÆ CHRISTI COM. MCXLIV.



Gerardus Caccianimicus (a) ex Provincia Æmiliæ, patria Bononiensis, ex patre Viseo, (b) antea Canonicus Regularis S. Augustini, & Presbyter Cardinalis Sanctæ Crucis in Hierusalem, electus est & consecratus Romanus Pontifex die 12. Martii 1144. & Lucius Secundus nuncupatus. Sedit in Pontificatu menses xi. dies xiv imperantibus, in Oriente Manuele Comneno, in Occidente Conrado III. Imperatoribus. Obiit siquidem die 25. Februarii sequentis anni, & sepultus est in Basilica Lateranensi. Vacavit Sedes diem unam.

(a) Sic eum vocat Pagius Junior; Baronius verò Camerarium appellat. (b) Prout habetur in quodam Codice Vaticano a Baronio relato. Bull. Rom. Tom. II.

I.

Privilegium confirmationis bonorum, jurium, & exemptionum Monasterii S. Columbanii Bobien. Diocesis.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Ogerio Abbati S. Columbanii Bobienis, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

PIÆ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut & devotionis sinceritas laudabiliter emittat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & beati Columbanii Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona impresentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrique successoribus, & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Curtem S. Martini cum Ecclesia & castro, quod dicitur Petra-Carana cum suis pertinentiis, curtem S. Salvatoris cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem de Cruce cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem de Garda cum Ecclesiis, districtu, & pertinentiis suis, curtem de Carelli cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem de Gravilia cum Ecclesia & pertinentiis suis, curtem quæ vocatur Gomorga cum Ecclesia, districtu, & pert. suis: Plebem S. Albani in Candiubrio cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ in Monte-lungo cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Siphoriani: curtem Neblani cum decimis & pertinentiis suis, curtem S. Martini in valle Purpuria cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Evassii in Quintiano cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Petri in Masi cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Georgii, quæ est sita in Monte-acuto, cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Thomæ in Romano cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam de Ceresola cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Antonini de Braida cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Georgii de Montale cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Andree in Travano cum decimis & pertinentiis suis, Ecclesiam sanctæ Mariæ in spelunca cum pertinentiis suis, Ecclesiam Novam cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Bartholomæi in sartu cum pertinentiis suis & medietate mercati, Ecclesiam sancti Desiderii cum pertinentiis suis, Mercatum sancti Columbanii, & aliud mercatum de Oliva, censum decem solidorum Papiensium in curte Oremale, villam de Stabulo, villam de Cavatina nova, decimam de Bradello Antonino, villam de Busbagnio, villam de Salice, mansum Gavone, possessionem Tedisii de Cicogni, villam de Riuturni, & Brodium & pratum Doaicatum in monte Penicis, montem de Merconico, villam de Cereto, villam de Cavanna cum Braida dominica, Sepetelli, & Ro-

In Historia Bobien. Eccl. edita Ughelli Ital. Sac. Tom. IV.

Exordium.

Monasterium sub protectio. ne Sedis Apost. recipitur.

Ejusque bona omnia, & hic postmodum, enunciata confirmat.

L 1 2